



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Antonius Ep. 12. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

12. Feb. VITÆ SANCTORVM. 91
quid est, quòd matutinâ prece totius diei custodiam no-
lumus postulare? quid est, quòd homini toto tempore
astare libet, Deo nec puncto assistere libet? S. Pet.
Chryl. serm. 43.

S. ANTONIUS EP. 12. Februarii.

INvidebis juvenus suum ANTONIO puerulo
Doctorem. Hic, si nescis, S. Spiritus erat. Hoc,
neque alio magistro primas ille literas didicit. Et
verò Minerval cælo dignum perfolvit; sive cum
ludentis pueritiæ societatem averfatus viro digna
puer egit, aras struxit, aris thura, & quæ thure sua-
vius olent apud Superos, preces dedit; sive cum
postea mundo totum sese surripuit Numinisque
cultui inter monachos mancipavit. In hac quoque
virtutis scholâ tam profecit ANTONIVS, ut in
suam deinde sententiam mundi que contemptum
etiam parentem pellexerit. Et vidisses tunc gran-
dævum parentem sub filii disciplinâ adolescere,
vitæ rationem à filio discere, jamque in filio pa-
rentem agnoscere. Sed hoc quoque mortuo AN-
TONIVS in hereditatem miseros evocavit. At cum
in tot heredes non sufficeret illa, ingentem auri
vim Angelus auctarium adjecit. Plura deinde E-
piscopatus Constantinopolitanus suggessit, ut in-
sula jam non tam ANTONIVM quàm miseros tege-
ret. A morte mulierem, quæ crus fregerat, ut fu-
nus comitari posset, in pedes erexit, & ut hæredes
suos neque mortuus videretur neglexisse, cresce-
re, quæ tunc erogabatur, inter manus stipem fecit.
Odor denique mirus etiam in cadavere virtutem
laudavit. Ex Niceph. apud Sur.

*Esto homo, esto & Dei sacrificium & sacerdos: in-
ducere sanctitatis stolam, præcingere baltheum casti-
tatis.*

tatis, sit in velamento capitis tui Christus, crux in frontis munimine: in odorem thymiana orationis semper accende, altare cor tuum pone. S. Pet. Chryf. ser. 108.

S. JULIANUS CONF. 12. Februarii.

Quoties dum hostem petit, se fauciat & suos ira! Domo aberat JULIANVS, familiam conjuge curante. Interea parentes adsunt, & quem puerum amiserant, filium quærunt. Heu quàm præstabat nunquam invenire! At conjux gratulata sibi, quòd benefacere etiam absenti JULIANO in parentibus posset, humanissimis verbis hospites salutat, epulo lautissimo excipit, ab epulo in suo thalamo molliter locat, nescios funebrem se lectum conscendere. Et fortè jam filium somniant: cùm ecce adest hic, & ubi primùm à geminis premi lectum videt, sive nox, sive thori violati suspicio oculos fascinaverat, præcipiti vindictâ utrumque ferro trajicit, lectumque dum ab adulterio purgare parat, ah! paricidio maculat. Mox uxor superveniens, & dies facinus monstrant. Hic demum JULIANVS non longiùs fugisse se parentes ingemiscere; accusare paricidas manus, ultrò omnes culeos advocare, denique cogitare, quí nefas tantum serió in se castigaret. Longum supplicium placuit. Xenodochium propter fluminis ripas construxit, rectiùs in hoc hospites pauperes accepturus, omniumque ipse bajulus per undas futurus. Et fuit cùm leprosi formam Christus induit. Hunc cùm JULIANVS transportatum foco fovisset rigentem, mensâ esurientem, & suo lectulo dormiturentem, ecce paricidii veniam manifestus, vel dedit, vel olim datam nuntiavit. Perrexit tamen ille operam suam eò studiosiùs probare, quò
hospiti-

13. Feb.
hospiti
debat

Ille

respue

Deum

mino

astuar

S. Ma

S.

V

l

lus ej

tis ex

merit

dixit

piat,

nicul

ejular

hospiti

mina

bus ta

lieren

perba

& Sir

lier v

ignes

dixit

re. E

cipue

jam V

ruper

quoq

mo m